

MS. Dⁿ Don Eugenio de Combarba arce. de Saiza dign. en Leon. E.
Cap. 16. ord. 2.

TRACTATUS DE IN
INTEGRVM

RESTITVTIONIBVS,
EX DIVERSIS I. V.
DOCTORIBVS DECERPTI.

10
117311



In quibus habetur quicquid potest super eo titulo desiderari, cum
omnigena varietate casuum & exemplorum: idq; multo
auctius ac emendatius quam vsquam antea.

*Opus perquam utile ac necessarium, tum ijs qui in gymnasijs, tum etiam ijs qui
in foro versantur.*

Additus est praeterea in gratiam studiosorum Index rerum
& verborum locupletissimus.

Catalogum horum Tractatum continet pagina qua proxime sequitur Indicem Capitulorum.



Num. 47. cap. 6.
Num. . . . 8. 6.



LUGDUNI,
APVD ANTONIVM DE HARSY.

M. D. LXXXVI. años
1586 años



CLARISSIMO VIRO,
DOCTISSIMOQVE IC
PETRO BOVLLIODO, REGIS
IN CVRIA LVGDVNENSI
confiliario, eiusq; causarum
procuratori.

ANTONIUS DE HARSY S. D.

H *ST* ea quidem, vir Clarissime, summorum virorum maxima laus, homines, quibus se natos meminerunt iuvare, consilioq; & re semper quam possunt plurimum in commune prodesse, benefactorum autem suorum ampliore nullam mercedem, fructum nullum uberiore expectare, quam quem in iucundissima sua ipsi beneficentia recordatione positum habent. Quo uno divini & excellentis animi maius argumentum est nullum. Nam si Deus ex eo esse maxime intelligitur, quod bonus est, & cum bonus sit sua mortalibus non feneratur beneficia, ipse nullius egens, caelestem profecto illi in terris mihi videntur proximè imitari naturam, qui alienis non minus, aut magis etiam, quam suis prospicientes commodis, esse tamen benefici quam videri malunt, totoq; illo, quod in vulgi opinione positum est laudis contempto genere, sola honestate moventur, & virtutem virtutis premium maximum ducunt. Huius tamen in qua vivimus humana interest societatis (atque id quidem in bene institutis Rebus publicis semper valuit) quemadmodum improbi & scelerati, si quid praterius & fas designarunt, id supplicio ut luant suo, sic praestantes virtute viri & boni cives, quae ad publicam utilitatem vel ipsi primum excogitarunt, vel rectè inuenta ab alijs excoluerunt, & meliora labore suo & industria reddiderunt, quorumq; quotidiana extant in publicum beneficia, ut ne illaudati vel in donati abeant: ut vel praclara eorum inuitati exemplo ceteri magis ad honesta studia accendantur, & in medium afferre ipsi etià aliquid proposita virtuti laude contentur, quo vti sit melius homines, quam carere. Atq; hoc est, opinor, quod pœna & premio Res publicas contineri, sapientib. dictum est. Quod quale sit tu praclare vnus nempe intelligis, vir prudentissime, qui cum ad pulcherrimam virtutis speciem praestantis animi tui defixis oculis, eius solo excitatus amore, ad bene merendum de hominibus sponte ferare, cetera illa autem popularia, quae sola alij tanti faciunt, ut virtuti ea si adimantur, virtutem deserat, despicias omnia, & quae facis rectè, ob id tantum facias, quia honestum, quia & pul-

* 2 chrum,

Faint, illegible text from the reverse side of the page, appearing as bleed-through.

INDEX AVCTORVM IN
hoc volumine de Restitutione,
contentorum.

Ioannes Mauricius Dolanus.	pag.1.
Sfortias Oddus Perusinus.	prima pars.pag.260.secunda pars.pag.674.
Petrus Rebuffus.	pag.966.
Do.de Rota.	pag.987.
Iacobus Cuiacius.	pag.992.
Ro.Lanc.	pag.994.
Idem.	pag.1005.
Franciscus de Caldas,Pereyra.	pag.1010.
Antonius Gomezius.	pag.1439.
Didacus Couaruias.	pag.1453.





DEFINITIO RESTITUTIONIS IN INTEGRUM PER D. IOANNEM MAURICIVM.



SUMMARIA.

1. Restitutio in integrum, est in pristinum statum repositio.
2. Restitutio hoc reddit, quod est a lesione ablatum.
3. Minor in re lesus, ad ipsam restituendum est, si vero in alioque locato, alioque erit habenda ratio.
4. Defensor iudicium acceptans, etiam si in integrum restitutus sit, nihilominus tamen ad restitutorium iudicium iure compelli potest.
5. Restitutionis duplex iudicium, vnum quod vocant rescindens, alterum rescissorium, & num. 1. cap. 4.
6. Iudicium restitutionis in integrum cuiuslibet nocet possessori.
7. Rescissa per restitutionem venditio, in qua minor tenuit in re vendenda, quam in tradenda possessione lesus est, non iudicij incantatione non est opus, ex opinione Bartoli, secus si maior in vendendo solum lesus esse dicatur.
8. Id potissimum attendendum, super quo imploretur restitutio in integrum.

CAPVT I.



RESTITVTIO in integrum ita scilicet definit, vt sit in pristinum statum repositio. Nam restitutionem sic faciendam iubet lex, vt vniquisque ius suum in integrum recipiat, quo fit, si in fundo vendendo circumscriptus minor reperitur, iubetque Praetor emptorem fundum cum fructibus restituere, & precium recipere, quod aperte desumitur ex l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. vbi non impertinet, dicitur hoc restitutionem reddere, quod est a lesione ablatum. Quare si in re lesus minor fuerit, ad rem ipsam restituatur necessum est. Quod si in actione, tunc erit actionis habenda consideratio. Qui proprio, §. item queritur. ff. de procur. per Bartolum in l. interdum. ff. de condict. indeb. Nec non in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & postum. Speculator amplè sub titulo de restitutione in integrum.

Vt tamen veritas huius negotij tibi magis sit aperta, pro dubitandi ratione aridere videtur illa. Qui proprio. sub §. item queritur. ff. de procur. in quo a Iusticio solum sequens proponitur difficultas. Si iudicium

defensor accepit, siq; in integrum restitutus, an tamen hunc adiges restitutorium iudicium persequi & adferre lex compellendum, & cuius textus serè desumitur, actorem restituendum, & tam en ad hoc non oportet agi debuisse iudicio restitutorio. Ad cuius persequutionem procurator adigitur, ita vt ex eo non videatur restitutio plenè & absolute aliquem in suo statu reponere.

Sed vt talis obex dissoluatur, sic me iudice responderi poterit. Nimirum ibi postea restitutorij iudicij rescindendam esse quaestionem, modo intellexeris duplex hac in re iudicium à doctoribus statui. Quorum primum vocant rescindens: Aliud verò, quod hi alium rescissorium, aut si malis restitutorium, vt suo loco postea docebitur, vbi vtriusque vim & naturam explicabimus. Nemo autem abnegabit ea lege intentatum primo ordine rescindens, demum concessam restitutionem, vt non imptobè ibi iudicetur, restitutorium omnino necessarium extitisse. Quo fit, vt minor qui se lesam ex venditione proponit, ita restitutoris sit, vt ea venditione non obstat rem, alioqui debeat, quæ ratione non extra negotium textus ille defensoris, qui in causa rescindente comparuit, persequere in defensione litis restitutorie stant. Qui enim antecedentis defensionem suscepit, æquum est vt consequentis tutelam subeat. Et qui preparatorio iudicio adfuit, preparati curam amplectetur, æquitas suadet, imò hoc dicat summaratio. Non ergo videbitur absolutum, si ea lege sola actio, non res ipsa restituta fuerit, quam ibi nulla vtriusque iudicij late uenerit cumulatio, quod satis desumitur ex verbis textus annuentis, restitutorium iudicium postea esse persequendum.

Bartolus tamen negotium istud acutissime diliquens sub eo §. item queritur. defendit per primum iudicium rem in totum restitui debuisse, nec aliter secundam fuisse expectandum per l. in causis. §. interdum. ff. de minor. In qua habetur iudicium restitutionis in integrum cuiuslibet nocere possessori, & rem eo capite absolute esse reddendam, quasi textus ille, vnicuius iudicium sufficere, aperte docere videatur. Et ad id facit l. si sine l. reide. §. interposito. ff. de adm. tutor. In illis verbis, in possessionem induci iussus est, vbi per eum textum Bartol. asserit vigore primi iudicij rescindentis fieri rei restitutionem, & hoc annotatum asserit in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quibus causis maio.

Pro cuius dubij extinctione ipse eodem loco hac vtendum distinctione censuit. Aut enim minor non solum in re vendenda, imò & tradenda possessione lesus est, & hoc capite satis adicitur, si per restitutionem rescindatur venditio, rem etiam ipsam includi. Quod si solum in vendendo lesus sit, citra omnem transferen-